



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Natales Sanctorvm Belgii, & eorundem Chronica
Recapitvatio**

Molanus, Johannes

Dvaci, 1616

Die decima-octaua Maij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9477

May 17.

N A T A L E S

Decima-septima Maij.

De B. Cælestini PP. reliquijs in Rothnaco.

Ex rescripto domini Laurentij Bachelaer, Rothna-
censis.

IN Rothnaco, beati Cælestini ² papæ, cuius reliquiae habentur in Canonicoru ecclesia à Ludouico rege fundata. Natale in Romano Martyrologio notatur die sexta Aprilis. Sed Rothnacensis clerus festiuitatem celebrat in die translatarum reliquiarum.

Fuit & alius sanctus Cælestinus Rothnaci. Refert enim Meierus, Rothnaci obiisse beatum Cælestinum Scotum, abbatem Blandinensem, sive Gandensem ad sanctum Petrum. Quem Carolus Martellus extrusserat in exsilium, eo quod diceretur esse partium Ramanfredi. Sed huius nulla est in Rothnacensi ecclesia memoria.

a Merito dubites an alterius, si conferas Prolegomena Pamelij ad Cyprianum, ubi dicitur, Vita Celestini gladio fuerat data fini.

Die decima-octaua Maij.

De sancto Quiniberto confessore.

Ex rescripto domini Iacobi de Barlaymont, Benedictini Maricolensis.

AUD Quercetū, sancti QUINIBERTI cōfessoris Qui est sanctus Maricolensis, locus enim quietis fuit Prioratus Maricolensiū, in quo etiam habitasse putatur. De eo scriptū accepit ex Maricolis. De beato Quiniberto omnia nobis incerta sunt præter nudū nomen nostris inseritū Calendarijs, sub solēnitate festi medijs Capsula lignea, quo ossa eius &c reliquias contineti credunt indigenæ, apud vicum quem vulgo dicimus Serlesches, nostro etiam saeculo crebris miraculis sanitatum refulsit,

vt non-

Meierus
170705.

ut nonnulli etiamnum superstites auctores sunt.
Sed fulcra, sustentacula, & vehicula sanctorum,
quae ad memoriam obtentorum relicta erant,
cum ipso templo, Francorum scelere, fædo in-
cendio perierunt.

Die decima-nona Maij.

I^o. De S. Hadulpho, episcopo Cameracensi.
*Ex Chronicis Cameracensium, & rescripto R. domini
Iacobi Markais.*

ATREBATI, Nobiliaco monasterio, depositio
sancti HADULPHI, episcopi & confes-
soris. Qui Attæ primo abbatii abbas in dicto mo-
nasterio succedit, anno septingentesimo decimo,
& rexit eam ecclesiam annis nouemdecim. An-
no vero septingentesimo decimo septimo, ac-
clamatione populi, fauore cleri, & iussu Hilpe-
rici regis, assumptus est ad episcopatum Came-
racensem, siue Atrebatensem, vndecimus à bea-
to Vedasto. Voluit tamen episcopus à fratribus
suis tantum abbas vocari. Post gloriosam autem
conuersationem sepultus est Atrebati, siue No-
biliaci, in ecclesia sancti Petri: ubi cum eius ima-
gine hæc exstant carmina;

Hic iacuit sanctus speculum virtutis Hadulphus,

Qui vigil Atrebatum rexit ad astra chorum.

Dulcis ause: nostris veniam pater obijce culpis,

Grataq; dilecto dona repende gregi.

Cæterum dicta sancti Petri ecclesia sita est intra
septa monasterij. Estque ex ea corpus sanctum
translatum ad digniorem ecclesiam, quæ est sancti
Vedasti, Natalem habet die decima nona Maij ex